Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

bonorum opera producta in horreum
sancte matris ecclesie recondit. Comedi favum
cum melle meo bibi vinum cum lacte
meo. Per favum et vinum sancti predicatores
figurantur. Favus enim sancti predicatores qui
archana intima scripturarum misteria quasi
in mella de favis producunt et predican-
do aliis ministrant. Mel vero audito-
res boni. quia dulcedinem sibi dei at-
tente percipere eamque delectabiliter pasti stu-
dent. Vinum sunt ipsi predicatores qui
et favus qui fortia sacramenta scriptu-
rarum annunciant. Lac vero sunt ipsi pre-
dicatores. quibus apta misteria qui lac
convenerunt. Cum vero horum omnium vita
diversis modis studiis agatur. horum ta-
cū men omnium bona intencione redemptor
pasci et delectatur. sic quasi favum cum
melle comedit. vinum cum lacte bibit.
Possumus hec etiam ad mortem electorum
cor referre quos dominus comedit cum eos ad eternam
per mortem vocat quietem. et corpori suo. hoc
est societati electorum in illa iam celesti
felicitate letantium coniungit. Et si hoc
melle accipimus. debemus eos in uno accipe-
re quorum anime iam celesti felicitate glorian-
tur. In favo vero eos qui iam corpore et
anima in illa beatitudine gaudent. quales
illi qui cum domino surrexerunt. Come-
dite amici mei et bibite et inebria-
mini karissimi. Non solum de profectu electorum
gaudet. sed etiam nos hortatur
ut illorum virtutibus gaudeamus et illos
imitemur. Comedite inquiens a-
mici. hoc est fideles mei qui amici mei

estis faciendo que iubeo. Karissimi mei estis
perfecta me animi caritate diligendo.
Comedite ergo inquit et bibite. id est de electorum
bonis operibus congaudete et illos vobis
ad imitandum proponite. Notandum no.
vero quod dicit. Bibite et inebriamini.
Ebrietas aliquando in scripturis pro sacie-
tate ponitur. sic de fratribus ioseph dic-
tum est. Biberunt et inebriati sunt coram
eo. Et psalmista. Visitasti terram et inebrias- ps.
ti eam. id est saciasti et replesti eam.
Hortatur ergo nos ut non solum come-
damus et bibamus. sed etiam sacie-
mur. quia quidam sunt qui comedunt
et non saturantur. qui videlicet delectabiliter
predicacionem divinam audiunt. sed negli-
gencie obliviscuntur. nec ad effectum
boni operis que audierunt perducunt.
Comedunt autem et saturantur qui verba
vite que audiunt in internis sensibus
recondunt. de quibus psalmista dicit. Edent pau- ps.
peres et saturabuntur. Si vero ut superius
dictum est de morte sanctorum hoc accipi-
mus. Amici karissimi ipsi angeli sunt
spiritus. quos videlicet dominus congratula-
ri electis suis. cum ab hac vita ad
superne beatitudinis requiem transferuntur
iuxta quod euangelica parabola legitur.
Congratulamini michi quia inveni ovem
meam que perierat. Ego dormio
et cor meum vigilat. Vox est ecclesie. Ego
dormio. quia aliquantulum pace
largiente sponso meo requiesco.
nec tales pacior pressuras. quales
primitiva ecclesia. Et vero cor meum vigilat.